



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

43. Fer 2 De generalibus remedijs te[n]tationu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Alteram originem esse internam, quæ est caro, seu appetitus sensibilis, tum irascibilis, tum concupiscibilis, sensus item, & mali habitus. Unde patet inevitabilis tentationum necessitas.

Conf. 3. Remedium universale in tentationibus esse SS. Eucharistiam, juxta D. Cypri. Ser. de Nativ. Dom. *Sacramentorum communicatio, per quam Christi corporis sinceritati unimur, in tantum nos corroborat, ut de mundo, & Diabolo, & de nobismetipsis victoriã potiamur.* Petam triticum illud de vera & una area, ut ait D. Hieron. & Vinum de torculari, quod calcavit D. IESVS, ut vescar, & bibam, & convalescã inter zizania omnium tentationum, quia *Instrumentum est Eucharistia, quod Diabolus obtritrus est,* inquit S. Pet. Dam. ep. 20.

MEDITATIO XLIII.

Feria 2. Domin. 5. Epiph.

De generalibus remedijs tentationum.

Aspiciam D. IESVM ad bella vocantem, & arma distribuentẽ. Petã gratiã us utendi.

Conf. 1. Sicut Dominus terrã i latrocinia pellit, deinde impietatem, & injustitias compescit, tum statu composito contra hostes externos procedit: sic eodem ordine mihi procedendum. I. Contra concupiscentiam carnis, deinde contra concupiscentiam oculorũ,

& su.

& superbiam vitæ, tum adversus spiritualia nequitie in cœlestibus.

Conf. Secundò generalia tentationum remedia esse, contra singula vitia præparatum expectare: illa considerare, quæ ad vincendū accendunt; præcipuū est consideratio Christi, ejus doctrinæ, exempli, auxilij, Deiq; præsentia, ne eum offendamus, Vigilantiâ, oratio, spiritus promptitudo, fortitudo corporis, quâ dat cibus fortium SS. Eucharistia.

Conf. 3. Remedia generalia ad affectum spectantia esse honestatis desiderium, spem promissionis, timorem amittendę charitatis, incurrendæ ænæ, amorem illius, quem super omnia diligimus, eâ denique arte utendo, quâ se Christus Dn. Sathanæ opposuit.

MEDITATIO XLIV.

Feria 3. Dom. 5. Epiph.

De Pusillanimitate.

Videbo proficientes, quomodo in primū scopulum impingant pusillanimitatis. Petam intelligere hunc scopulum.

Conf. 1. Quomodo proficientes ne crescant, & gratiæ sibi datę cooperentur, soleant à Diabolo pusillanimitate oppugnari. Est pusillanimitas vitiosa mentis affectio, quâ quis convenientia, ac proportionata sibi data potentiæ vel virtuti recusat attentare: ali-

D

quando